

conditionis memoria sit labilis<sup>a)</sup> penitus et inconstans, | necesse est, ut eidem scripturarum testimonio succurratur, ne ea, que rite ac rationabiliter | statuuntur, perducantur in errorem ex temporis vetustate. Nos igitur notum facimus | universis et recognoscimus litteram per presentem, quod proprietatem mansi cuiusdam<sup>b)</sup> in | pago Gota siti ecclesie sancte Crucis sanctimonialium apud Gota in proprium dedimus perpetuo | possidendam, quem inquam mansum pater noster dilectus Misnensis et Orientalis marchio domino | Bopponi de Lapide pro quadam summa pecunie dinoscitur obligasse, et idem dominus | Boppo ulterius infeodasse dinoscitur Hermanno filio Kummereri. Quod feudum nobis esse | recognoscimus ab utrorumque manibus resignatum, quem etiam mansum per consequens Heinricus | burgensis noster de Gota dictus filius domine Rose dinoscitur pro sua pecunia comparasse. Ob | cuius tamen specialem instantiam et amorem prelibatam proprietatem dedimus gratia sancti spiritus | annuente. Huius rei testes sunt: dominus Heinr(icus) advocatus de Glizberc, dominus Heinr(icus) de | Reschiz, dominus Theodericus de Tullestete, dominus Heinr(icus) de Sconemberc, Gerhardus curie nostre notarius | et alii quamplures clerici et layci fidedigni. In cuius etiam rei testimonium presens | scriptum dedimus sigillatum in Gota anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXIII<sup>o</sup>, XVI<sup>o</sup> kal. novembris, | indictione septima.

(SP. D.)

## 227.

*Landgraf Albrecht von Thüringen nimmt die Mönche (des Zisterzienserklosters) in Buch mit allen Gütern, namentlich den Dörfern Mauersberg, Streckenwalde und Ottenwalde, in seinen Schutz und befiehlt seinen Leuten, die Mönche nicht zu schädigen.*

1263 November 2, Altenburg

*Original:* —

*Abschrift (saec. XVI):* Weimar, ThHStA, Ernestinisches Gesamtarchiv, Reg. Kk 125, fol. 32v, Nr. 1u (olim: Nr. f) (B); Übersetzung ebd., fol. 43r, Nr. 1u (olim: Nr. f) (C).

*Edition:* —

*Regest:* Dobenecker III, S. 489, Nr. 3115.

Nos Albertus dei gratia Thur(ingie) lantgravius et comes Saxonie palatinus notum facimus universis, quod Vrßberg, Streckenwalde et Ottenwalde villas necnon et omnia bona monachorum de Buch in nostram protectionem recepimus specialem nolentes eosdem monachos in bonis ipsorum a nostris hominibus aliquo modo molestari. Datum Aldenburg anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXIII, IIII<sup>to</sup> nonas novembris.

226. a) labbis mit waagerechtem Kürzungsstrich durch die Schäfte von bb = labibis A, labilis B.  
b) Zwischen mansi und cuiusdam ein eradiertes s A.